



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

92 Episcopum purè posse acceptare resignationes in fauore[m]. &
beneficium sic resignatum conferre cuilibet alteri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

valeat ipsa, sed conditio sola reiiciatur, ita ut ordinarius perinde possit id conferre cuilibet alteri cuicumque velit ipsemet, ac si simpliciter & pure facta fuisset resignatio. Rebuffus in praxi sua beneficiorum parte 3. tit. de resignatione condicionali quam in fauorem vocant nu. 7. & seqq. existimat, ac rationibus nonnullis probare nititur, talem resignationem totam prorsus esse nullam, adeo ut ne resignanti quidem noceat quatumlibet Episcopus eam quasi simpliciter factam acceptasset reiecta nimirum sola conditione tanquam inuili. rationibus mouetur potissimum his duabus, tum quod condicionalis hæc sit resignatio, qua quidem conditione non eueniente (id est Episcopo hoc beneficium resignatum non conferente illi in cuius fauorem resignatio fiebat) resignatio censeatur nulla l. illæ autem institutiones. 71. π . de hered. instit. tum quod vnus & idem actus diuersas continens clausulas non possit pro parte recipi pro parte reiici arg. l. Aurelius. 28. \S . idem quæsiit. π . de liberat. legat. ne cætera nunc eius argumenta minoris momenti recenseamus. At alij plerique omnes Episcopo volût esse liberum, reiecta conditione, id est non habita ratione illius in cuius fauorem resignatio fiebat, beneficium hoc alteri cuilibet conferre: nisi quod Couarruias dicto num. 5. vers. & quamuis alteri. collationem ab Episcopo factam ab ipso Summo Pontifice eiusque supremis iudicibus forsan ex æquitate rescindendam fore persuasum habeat,

d iij vt vel

92
Episcopii pro
re posse acce
ptare resigna
tiones in fa
uore. Et be
neficium sic
resignatum
conferre cui
libet alteri.

vt vel ipsimet renunciati restituatur vel ei conferatur in cuius ille fauorem renunciabat. summo enim iure Episcopi collationem, non obstante contraria resignantis conditione, valere Couarruias ibidem faterur: sed istam contra ius omne sibi finxit æquitatem rescissionis, ex eo quòd nihil vel simoniacum vel turpe putaret latere in resignationibus istis in fauorem: sic vnus error alium trahit. aliis Interpretibus absolutè collationem Episcopi alteri cuiuslibet factam comprobantibus, præter Duarenū qui loco superius memorato fraudem resignantibus fieri quitatur ab Episcopis dum conferunt alteri quàm in cuius fauorem resignatio fiebat. Verùm communis aliorum sententia collationem illam Episcopi approbantium, iustioribus & æquioribus videtur nisi fundamentis; propter summum præcipuè fauoris istius odium, iuxta rationes superius inculcatas. Itaque cum talis conditio sit proculdubio turpis, meritò pro non adiecta debet haberi, renunciatione nimirum simpliciter admittenda. arg. c. 1. & vlt. j. de condit. apposit. in despons. vel in aliis contractibus. arg. l. 1. & l. conditiones que contra. & l. conditiones contra edicta. c. de condit. institut. & alibi passim; ne scilicet vile per inutile vicietur. quo vel vnico fundamento rationes ambæ Rebuffi cum suis administrandis tanquam fumi per aëra disperguntur & evanescent; vt quibus nõ aliter poterit esse locus, quàm si sana probaq; fuerint omnia. Latè comprobatur hanc nostram communemque sententiam

93
 Condiciones
 quando pro
 non adiectis
 habeantur.